 memoratioib⁹ diuersoz sc̄toz.*

Ordinatur q^d fiat festū de corpore xpi cū sermo
 ne in cā. duab⁹ missis et p̄pa hystoria feria v.
 post octabas p̄thecos. et eadē die diuersi labori
 b⁹ minime occupātur Et officiū de corpore x
 p capitulū ordinatū reiectis alijs officijs vniiformit^r decā

1021
tetur p ordinem vniuersū. In monasterijs aut in qbus processioes
facere voluerint dicta die in ingressu ecclesie et in prima statione
dicat' responsoriū **E**duxit nos deus cū. v. Non moyses In se
cūda statione **R.** Verbum caro cū. v. in principio. In tertia statio
ne. **R.** **S** elchisedech. et in introitu ecclesie incipiat albas. Intro
iuit ihs. **U**t diuersitas cūctet' festū bti bernardi gloriosissimi
p'ris nri solemniter celebret' p totū ordinē et die festi ipi' quersu
minime laborabūt. **E**t fiant octs. de bto bernardo cū missa
lectioib9 et responsorijs sic in die p'ito p ordinē vniuersū et q
tēs feria tertia cuiuslibet ebdomade p'po officio seu p'pa missa
careat. ip'o die celebret' missa de bto bernardo in cōuētū. **E**t
in singlis domib9 ord'is vniuersi solennitas bti malachie epi
et confessoris cū duab9 missis et **R.** in vespis ob meritoꝝ suoꝝ
excellētiā celebretur p ordinē vniuersū. Festū bti yuonis p'sbri
et confessoris. xix. die k'ti. mēsis iunii p ordinē vniuersū cū xij.
lects et missa vna. In puincia vero turoñ cū duab9 missis et
historia p'pa solemniter celebret'. **S**tatuūt' q' de bto thoma de aq
no. vij. die mēsis marci fiat festū cū xij. lects sic de bto dñic
p ordinē vniuersū. **I**te fiat cōmemoratio de scto hugone p
mo abbte cluniacen. tā in laudib9 qz in vspis. xij. k't. maii vi
delicet. **I**ste cognouit. et collaudabūt multi et p'ima missa de
ip'o cātabit'. die scti roberti sic de bto anthonio p ordinē vni
sū. **S** raelā facta in locis ord'is p psonas ipi' ord'is generali
cā. luculēter et lucide resserāt' et ibidē publice i scriptis redigā

tur. In

tar. In oīb9 festiuitatib9 in q̄b9 sermo habet̄ in cā. Credo in
 vniū deū. in missa solennit̄ decantetur. Noīa b̄toꝝ. Confessoꝝ
 mundi et osalachie. quozz reliq̄e et cozpora. apud nos sūt
 in honore de ceto in letanijs ord̄is post b̄tm petruū Confessoꝝem
 p̄nūcientur. Statuit̄ et diffinit̄ q̄ quilibet p̄r abbas ī fi
 liab9 suis potestatē habeat cōcedēdi festa aliq̄z s̄ctoꝝ cele
 brādi si p̄ ouētū fuerit requisit̄. vt cū filijs suis sup̄ capellāis
 missis. historijs nouis libere valeant dispēsare supposita suffi
 cienti assignatione reddituū et ouētū vnanimi cōsilio. et ali
 is etiā circūstātijs in alijs diffinitionib9 stentis nullaten9
 ab rogatis. S̄ sup̄ hijs de ceto^{no} onerēt in petitionib9 cā. ge.

De abbatib9 remanētib9 a capitulo generali.



Quicūqz abbas p̄ se vel p̄ aliū p̄curare p̄sūpserit fi
 eri edictū p̄ d̄nos tēporales. q̄ abb̄tes nō veniāt
 ad cā. ge. vel q̄ distributiones ord̄is nō soluant
 ip̄o facto excoīs sentēcia se sentiāt in nodatos. In
 hibetur ne aliquis abbas aliq̄d det. vel p̄mitat vt acā. ge. excu
 setur. Quicūqz p̄ tali excusatione aliq̄d qualitercūqz dederit
 vel p̄miserit. et similit̄ qui recepit ex nūc prout̄ tūc excoīs ī
 currāt sentētia ip̄o facto. Poterūt t̄n diffinitoꝝes alicui vel ali
 quib9 abb̄tib9 libere ex causa licētā cōcedere de dicto cā. rema
 nēdi. Comit̄ visitatoꝝib9 quibuscūqz ord̄is vniuersi. vt ī
 suis visitatioib9 diligēt̄ inquirāt. de abb̄tib9 qui ad capitl̄
 nō venerit t̄p̄e debito nec se legitime excusauerit. p̄cepitqz

*P̄r Abbas filie pot
 cōcedere festa s̄ctoꝝ
 celebrandj*

personis ordinis universi super hoc requisiti in virtute sancte obedientie
ut omnes quos in hoc culpabiles sciverint visitatoribus denunciarent memo-
ratis. **Q**ui taliter culpabiles manebunt venire ad sequens capitulum generale persona-
liter et preceptorie secundum statuta propria pena duplici expensarum quas
veniundo ad capitulum et redeundo fecissent multimodas percipere et
etiam graviori si eorum preiudicium hoc requirit in primo capitulo. si sic moni-
ti non obpuerint nec se legitime excusaverint de positionis iacturam
poterunt non in merito formidare. **D**icti autem visitatores super
hoc tenebunt capitulum informare quod primum in ipso capitulo obpuerint vel
eis occurrerit opportunitas dicto capitulo nunciandi. **Q**ui visitatores
si premissa sciunt omiserint adimplere. **Q**um ad domos proprias ve-
nerint tribus diebus ieiunent in pane et aqua sine dispensatione
quacumque alioquin suspensi maneant ad ieiunium donec penitentiam
egerint memorata receptores excusationum abbatum remanentium
a capitulo generali iuramenta exigant ab excusatoribus eorum utrum
causas remanentie sciant vel credant saltem verisimiles esse veras.
Denique receptores causas ipsas studeant referre coram diffini-
toribus qui de sufficientia tractabunt. et ex ordine iudicabunt. re-
ceptores autem predicti de et super predictis fideliter et efficaciter ad-
implendum in generali capitulo ipso iuramenta ad sancta dei evangelia presta-
re teneant. **De ingressu incistercium ante et post capitulum generale.**



De cistercium capitulo. et de diffinitoribus eligendis que in clementi-
na capitulo. iij. et de auctoritate eiusdem capitulo. que in carta
caritatis. capitulo. iij. **De accedentibus ad capitulum generale.**

nerale quom̄ se habeant.

Districte in hibet̄ ne abbates. monachi. conuersi seu
famuli abbtū ad capitulū v̄nientiū in ingressu cist̄
cij arma et cutellos acuminatos defferāt secū quo
qm̄ **S**i abbates vel monachi strariū fecerint excois
sententiā senouerit incurrisse. famli vero culpabiles p̄petuo a
seruicio ord̄is excludat̄. nec in fraudē arma sua dimitāt ī cist̄
ante ingressū cā. ge. sub pena p̄dicta. **A**bbatibz ord̄is v̄nuer si
phibetur sub pena excois. nemonachū vel monachos. eq̄s 3
vel familiā vltra taxatū numerū p̄ octo dies ant̄ capitulum
apud cist̄ introducāt nisi de dñi cist̄en. vel ei9 locū tenentis s̄
licētia sp̄ali **D**urāte vero cā abbtos qui equū vel equos vltra
taxatū numerū introduxerit sine licētia sp̄ali diffinitoz do
mino cist̄. p̄sonalit̄ assistentiū. p̄ equitatē quo libet florenū
vniū. et p̄ quolibet equo duos grossos p̄ feno ante exitū cā.
ge. receptoribz d̄tributionū solvere teneant̄. **Q**uod nisi fecerit
gradū altaris ascendere nō p̄sumat̄ quo usqz satisfecerit ge. cā
de p̄dictis. **A**talibz aut̄ recepta pecunia in mino rationē ex
pensaz ge. cā. **M**onachi vero et conuersi p̄ abbtos nō introduc
ti causam aduentus sui. p̄ori cist̄en exp̄nere tenēt̄. q̄ si rationi
bilit̄ inuenta nō fuerit de cist̄ turpit̄ expellant̄ recepta p̄ ī cā
cist̄en corā oibz disciplina. **P**pe aut̄ p̄or inq̄rat cū exacta di
ligentia. si forte aliqs p̄sens in cā. senō p̄sentauerit sibi. et p̄sen
tatū se d̄scribi faciat noīa. adeo q̄ nō scripti iure missibilit̄ puni

ant. **C**apiunt tñ quatuor p̄mi abbtes qui singularē sup hoc ha-
bent potestātē et abbtes de pruliacho et de sabiniacho cū vno no-
tario. qui p̄pter latitudinē sue generatiois. nō in p̄inde ē ab antiq̄
ocessū istra gr̄a poterūt vti libere maḡi in theologica facultate
De morib9 t̄p̄e capituli ser̄nādis.

Ordinat̄ q̄ detur p̄ma die cā. in cā. abbti cuilibet si-
gnū et q̄libet abbas illud signū dabit famlō suo. q̄
deferet ad locū vbi auena liberatur qui signū illud
nō habuerit nichil reportabit. famli vero ad aue-
nam habendā accedāt p̄ ordinē sc̄dm generationes ordinatas.

De litteris missis legēdis et p̄standis.

De litteris cā. ge. missis q̄re in clemētina cā. iij. nu-
llus de cetero petitionē in cā faciat seu litteras p̄nci-
pū vel alior9 quozcūqz eidē cā. audeat p̄sentare
q̄n in eis scribat p̄mit9 nomē suū. **A**bbtib9 ord̄is
vniuersi in hibetur. ne rotulos siue libellos p̄ hoīes siue nūcios
ignotos traditos vel oblatos p̄sumāt admittere seu p̄cedere ōt
aliquē q̄vis modo occasione eozdē. Nullus de cetero of̄f̄m̄
tionē petitionē. vel ōtractū quozcūqz petat fieri p̄ capituluz
ge. nisi p̄ncipales litteras valeat exhibere.

*De causis ord̄is et
debitis et potestate iudiciū et modo p̄cedendi.*
De cōmissarijs et cōmissionib9 referēdis.
E iudicib9 accā. datis queze in clemētina cā. iij.
Statuūt q̄ in causis motis in ord̄ie et mouēdis it̄

personas eiusdem. sine strepitu et figura iudicii procedat et sim-
 plicit' et de plano lites in ordine terminet. **Q**uocienscumqz int' prez
 abbatem et filium discordia oriri contigerit personis neutri pte suspec-
 tis omittat' discordia auctoritate ca. terminanda. **Q**uocienscumqz
 in emergentibus causis. duo vel plures commissarii p ge. ca. fuerint de-
 putati vno eorum impedito. vel se legitime excusante alio seu alij
 valeat alium sibi de consensu partium associare collegam q' cosimile in o-
 missione seu omissionibus habeat potestate. **I**n commissariis aut ad
 inspiciendum et discutiendum seu exequendum aliquorum petitiones iuxta
 ppria instituta. vno commissario. tam p morte. qz infirmitate
 seu causa legitimam vacare nequinte. alter commissario de co-
 sensu abbatis vel conventum. q's tangit negocium. vnum abbatem alium
 valeat subrogare. q' cosimile in commissis habeat potestate. **N**ec
 alicui liceat abbati. ad discutiendum age. ca. pete quisqz tractatum
 sollempne fecerit. et sub nota auctentica aut publica eide ca. p-
 mitus studeat presentare. **Q**uocienscumqz commissarius ca. ge. q' anno o-
 missionis sequenti id quod sup' coissione sibi facta renuciare dis-
 tulerit. iusto impedimento cessante tribus diebus vno eorum in pane
 et aqua faciat leuem culpam. **Q**uia si facere contempserit quisqz fecerit
 ipam. gradum altaris ascendere non presumat. **I**nhibet' personis
 ordinis vniuersi. ne in visitationibus. electionibus. correctionibus. pu-
 nitionibus aut tractationibus consilio auxilio advocatorum et personarum se-
 cularium vti audeat vel presumat. **I**tem si quandoqz abbates ordinis dila-
 tionem debitorum impetrauerit ab aliquo domino grorse. ad illa debita q'

1122
debentur psonis ord̄is minime extēdatur. **Q**ui secus fecerit excois
sentetiā incurrat ip̄o facto. eidē pene subiact̄ qui iā impetrata
tali gr̄a uti p̄sumēt **Q** p̄sonas ord̄is quoq̄m. **O**mib⁹ abbtib⁹
et abbtissis qui cā. ge. iii quib⁹cūq⁹ annis ^{tenet} redditib⁹ p̄cipit̄ q̄ te
n⁹ sine defectu q̄cūq⁹ terminis assignatis et loco soluat̄ deceto
quod debēt aliter om̄ia dāpna et int̄ esse q̄ p̄t̄ defectū solutiois dic
tū capitl̄m incurrit solvere tenebūt̄ et si post terminū p̄ mensem
solvere distulerit abbas vel abbtissa in hoc culpabiles ingressū eccl̄ie
sibi noverint interdictū. **C**ellerari⁹ vero et bursari⁹ vel cellerari⁹
vero et bursari⁹ ip̄o facto a suis officijs auctoritate dicti cā. de po
nātur. nec aliqd̄ officiū possint exercere sine licētia cā. memorati.
Inhibet̄ distcti⁹ ne aliqua p̄sona ord̄is. cuiuscūq⁹ sex⁹ dignit̄
tis aut status existat. irrequisito ord̄ie p̄ q̄cūq⁹ dono vel debito.
bona ord̄is arrestari seu sarcari. p̄ se vel p̄ aliū q̄cūq⁹ exq̄sito co
lore faciat vel procuret. p̄ iusticiā vel potētā secl̄arē. vel eis p̄
sidiū auxiliū. p̄beat̄ vel fauorē. **C**ūq⁹ aut̄ d̄riū fecerit excois
incurrat sentetiā ip̄o facto. **N**ec se ad in vicē trahāt ad secl̄arū
iudicia sup̄ actione q̄cūq⁹ irrequisito ord̄ie vel cā. ge. **Q**ui a
liter p̄sūperit si abbt̄es fuerint suspēsois alie vero p̄sone exco
muniōis incurrāt sentetiā ip̄o facto. **De appellatib⁹ d̄. ord̄is**



De correctionib⁹ abbtū et frūz q̄re in **instituta.**
carta caritatis cā. v. **C**ū p̄sedē aplicā cist̄ij. ord̄i.
sit indultū. ne p̄ quis causa in ord̄ie emergenti
extra ordinē quis audeat appellare **E**t p̄ canones

phibetur ne a correctionibus regularibus quis appellet. **O**rdinat
 quod si quis per iudicem appellationis frivole vel temerarie appellasse fue-
 rit finaliter reputatus. tanquam excommunicatus euitetur ab omnibus. et per eum
 a quo appellauerat. usque ad nutum eadem. ge. carceri mancipetur. **Q**
 vero sic temere appellantibus dederit. consilium auxilium vel favorem
 pro se vel pro alio publice vel private. eandem incurrat excommunicationis sen-
 tentiam et pena exspiratorum puniatur. **D**istincte precipitur abbatibus et iu-
 dicibus ordinis uniuersis. ut in suis correctionibus non excedant. **A**bbates
 vero qui excesserint a suis superioribus actum puniantur. **Q**uod si nec
 sic debito modo correxerint citentur ad capitulum eorum. ubi si per excessum
 correctionum ipsorum scandalum ortum fuerit deponantur. **S**tatuunt quod qui
 cuius persona ordinis pro se vel pro alio litas. preces. minas. a quibuscunque
 personis que non sunt de ordine nostro impetrauerit. vel impetrare pecu-
 rauerit. seu uti presumpserit impetratis. ne pro suis excessibus puni-
 atur. seu quod de pena relaxetur. vel quod ad negocium ordinis promoueat.
 seu amotus vel amoti ab aliquo officio restituatur ipso facto sen-
 tentiam excommunicationis incurrat. **E**t nichilominus si super hoc conuictus fuerit vel
 conuicta. nunquam de cetero ad aliquod ordinis officium admittatur sine licentia
 specialis. eadem. ge. **S**tatuunt quod quando rebelles et inobedientes in correc-
 tionibus. punitioibus. in carcerationibus. ablationibus. habitibus. officio-
 rum depositionibus vel emissionibus monachi vel quuersi in monas-
 teriis vel monasteriorum locis per triduum et ultra dimandati volun-
 tate abbatis proprii persistent. in ipsis monasteriis et locis quando ibi
 in tali rebellionem fuerit cessent penitus admissis. **P**ersone autem cum

10331
talibus participantes quovis in. seu dantes consilium. auxilium. vel fauore
re extorcent in hijs scriptis et de phesi ut aspiratores pro oia in
dicetur puniendi. *De causis in quibus abbatres possunt dispensare.*

Abbates possunt absoluerede leu manu in iectio
ne in clericu seculari de privilegio spali. Abbatres or
dis certos casus et articulos ad absoluendum et dis
pensandum possunt sibi si voluerint retinere. et committē
sup eisdē potestate absoluendi quibus et quando videbitur expedire.
De conventionibus inter abbatres et monachos.

Conventiones contractus siue ordinationes quascumque
siue pacta inter abbatres ordinis nostri et eorum monachos
et conversos. facta quolibet vel in hita contra coia ordi
nis instituta. et in posterum faciēda nullius firmita
tis robur obtineant. quoscumque fuerint per capitulum confirmata. *De sta
tutis domini patris et ordinis et de libello diffinitionum. et de diffini
tionibus habendis et legendis.*

Abbatibus ordinis universi in unum quatenus statuta et
ordinationes domini benedicti patris de reformatione
ordinis nostri habere procurēt et ea observent et observari
firmiter faciāt sub pena depositionis ab officio precipi
tur quod dicta statuta celeriter et absque mora describi faciāt. et libro
diffinitionum. seu regule copulari. Cum per statuta propria prohibetur
quod silve vel nemus non vendatur etc. *Declarat quod nec per parvas
petias perstruendis dolis. vel alijs fabricaturis. nisi cum sollemni*

tate in dictis statutis p̄lib⁹ vendi possint absq; pena p̄uizij incu-
 rredi. **O**rdinationes. conuēctiones. et tractat⁹. int̄ abb̄tes et ouē-
 tus sup̄ carnib⁹ edendis certis tēporib⁹ elemosinis. redditib⁹ vic-
 tualiu⁹ qualitate et quātitate q̄ ordinatioib⁹ et statutis dñi ip̄e
 benedicti d̄dicūt. sup̄ quib⁹ tā vsus q̄z litt̄as habere dicūt. reuo-
 cant̄ penit⁹ et annullat̄ in quib⁹ fuit hoc monasterijs obseruatū.
Quod extra p̄p̄lia p̄uilegia instituta aliq; p̄ores cellerarij et mon-
 chi extra dormitorio cameras nitūtur appatas habere. **I**n q̄b⁹
 cameris ascendūt. p̄noctāt et inuitāt quos volūt ad esū carniū
 sine p̄p̄rii abb̄tis licētia dicētes hoc sibi licere. de cōsuetudine vsitata.
Carnes q̄q; sibi postulāt certis dieb⁹ vel t̄p̄rib⁹ m̄strari. **T**ransgre-
 ssores p̄ amotionē a suis officijs vel alias vt meruerit puniēdi. **A**b-
 bates ord̄is q̄ extra statuta p̄p̄lia monachis v̄uersis porciōis panis
 et vim in infirmatorijs cotidie distribuūt et assignāt. vltra penas
 in ip̄is statutis p̄p̄lib⁹ stētis excois sentētia incurrāt ip̄o facto
 auctoritate cā. ge. **S**tatuta cā. ge. postq̄z fuerit edita. et in pu-
 blico p̄mulgatata ligāt et adeo q̄ nisi in sequēti cā. exp̄sse reuo-
 cata fuerit. cēsēt tacite confirmata. **A**bb̄tib⁹. p̄orib⁹ et subp̄orib⁹
 p̄cipit̄ ord̄is. vt libellū diffinitionū editū anno xvj. vna cū p̄sen-
 ti habeāt et obseruēt. et legi faciāt omni excusatione seruata p̄vt
 in dicto libello distinctione. vij. cā. iij. et in fine dicti libelli et in
 decret̄ pleniq; stinet̄. **E**t hoc faciat sub penis ibi stētis pat̄ albas.
Abb̄tib⁹ et cōmissarijs ord̄is v̄uersi inuigil̄. vt diffinitioēs am-
 cuiuslibet. generales et sp̄ales illis quos tāgūt. et p̄ q̄b⁹ fuerit edita

✱ **I**nuigil̄ abb̄tib⁹ ord̄is v̄uersi vt i his et alijs statuta p̄p̄lia faciāt obseruari.

per se vel p̄ aliū p̄sentare studeāt. singlī gradatī in monasteri
is sibi commissis vel subiectis. et in eoz capitlis publicare iux
ta p̄petentē terminū circa annū ordinationis ip̄az. in iun
gātqz abbtī si p̄sens fuerit Alioquin p̄ori vel cātori. cōpiā acci
piāt sibi qz retineāt et obseruēt. Alioqn tā tradere cōpiā qz re
cipere suis sūptib⁹ negligēt s̄ trib⁹ dieb⁹ vno eoz in pane et
aqua faciāt leuē culpā quam donec fecerit. vel diffinitiones ip̄
sas habuerit. gradū altaris ascendere nō p̄sumāt. **Inhibet**
oib⁹ abbtib⁹ sub pena excois late sentēcie vt quocatiōis ab
batū facere statuta d̄dere. vel certas penas cōtra delinq̄ntes
imponere. ^{nō p̄sumant} **Unūgit** abbtib⁹ ord̄is vniuersi. vt in hys et alijs
statuta p̄p̄lia faciāt obseruari. Talia vero faciētes. vel fieri pro
curātes vltra dictā sentēciā excois eo ip̄o p̄ depositis habeant
et p̄ patres abbt̄es pro depositis nūcupēt. **De criminosis**

Qriminosos vel qui publicas ege **testib⁹.**
runt penitēcias p̄hibēt ad s̄siliū ord̄is euocari.
Cui si forte se in miscuerit et tradixerit alijs
fame sanioris. p̄boz et sanioz tenēt s̄siliū tra
dictione taliū nō obstāte Et ne crimina remaneāt impuni
ta declaratur. qz seculares vel alteriqz religionis p̄sone hoēs
te admitāt in testimoniū cōtra q̄scūqz ord̄is p̄sonas. si le
gitime aliud nō obsistat. **De carcerib⁹.**

Quicūqz monacho carceri mācipat⁹ de ip̄o carcere
sine licētia exierit aut ip̄m carcerē fugerit. nō po

statuta p̄p̄alia semper
obseruanda.

Criminosi non
admittuntur ad con
siliū ordinis

Viola pena carcerem
frangit.

test ad quoscūq; actū legitimus pmoueri absq; dispensati
one cā. ge. *De ppetarijs lusorib; et arte alquimie.*

Statutis p;lib; et alijs d; ppetarios in suo robore
duratis. Statuit q; in singlis capitlis ordiis i q;
b; sermone habere stigerit. ppetarij ordiis nri per
abbtes vel p;sidetes excoicati sollemit' nūciēt'. Disti
tissime phibet' psonis ordiis vniuersi cuiuscūq; stat; extiterit
ne vnq; pmitat de ceto. de reb; qbuscūq; et qmūcūq; seu qua
cūq; pmissione hūis. i morte testamētū facere vel qm libet
p volūtate ordinate cū hūis nichil possint reclamare libere.
S; sūt oīa superiorib; suis si sūt subditi vel suis ouētib; si ab
bates vel abbisse fuerit fidelit' assignāda. vel suis successorib;
reseruāda. Qui extra facere p;supserit tāq; ppetarij et excoica
ti honore et fructu sine int'pretatione q;cūq; ecclesiastica care
ant sepultura. Ludus taxalloz. et ludi quicūq; illiati inter
dicūt' psonis ordiis vniuersi. cā cupiditatis vel lucri pecuni
arij. Qui vero strafecerit et de hoc ouict; fuerit pannū inte
grū vltim; oīuz habeat'. et oī. vj. feria eiusdē anni sit in pane
etaq;. Sinec fuerit emēdat; puet' habitu regulari. Inhibe
tur sub pena excois late sentēcie. psois ordiis vniuersi. ne arte
alquimie q;quo in vti audeat vel psumat. Quecūq; vero p
sona ordiis aliq; vti cognouerit. denūciare suis superiorib; te
neat' sub pena p'dicta. *De diffamātib; superiores.*



Diffinitio edita cū penis adiunctis cōtra ad euntes prin

vide. v. cap. j. vij.

cipes et potentes pro abbati creatione visitatione et c. Ad monachos
et quersos abbates suos et alios. maxime erga potentes personas et subli-
mes. diffamantes scripto vel verbo extendi. hoc addendo quod sitales semel
puniti reinciderit prope carceri mancipent. *De deprehensis in con-*

tagione carnis.

Quiaque monachorum vel quersus
propter incontinentie vitium publicam egerit penitentiam. et
ordis sui gradum perdidit. nullum gradum alium assequatur
nec ad actus legitimos admitatur. nisi dum taxat delictum
ca. ge. sed eodem gradu permaneat quo penitus extitit in futurum. Quod mo-
nasterium aliunde quam per portam egressus fuerit clara die tanquam deprehen-
sus in contagione carnis puniatur. *De forma visitationis et modo*
visitandi et visitatoribus distinctio. viii.

Que visitationibus faciendis que in carta caritatis. ca. ij. De
visitationibus domus cisterciensis. et proclamationibus iura facien-
dis et de visitationibus et alijs visitatoribus de potestate
de euectionibus. de provisionibus eorum. et de protectione visita-
tionis que in clementina. ca. vi. et vii. In virtute sancte obedientie
precepitur alijs visitatoribus et eorum quibus quibusque prioribus abbatibus. et
eorum commissarijs pendendo. redeundo. expensas moderatas. iuxta ta-
xationum libram solvere non post ponant consuetudine qualibet non
obstante. Quicunque vero visitatorijs proprijs. vel eorum commissarijs ex-
pensas recusauerint solvere operentur. quantitate pensata itineris et
qualitate persone. Si abbas sic recusans ab ingressu ecclesie donec
satisfecerit sit suspensus. Si vero abbas non fuerit. Cellerarius et bu-

sarius solvere negligētes. a suis officijs sint depositi. ipso facto nec a
 lia officia exequentur donec fuerit ipis visitatoribus satisfactū.

De donis factis visitatoribus que in clementina. ca. vij. 27

Decipit nō inuide et inuigil psonis ordīs vniuer
 si q omnes visitatores illos quos seuerit. ac pba
 bilit audierit suspecta munera suscepisse sen ali
 ter q debitū iusticie excessisse. ipos denūciare pecu
 rent. ca. ge. ad eius arbitriū seueritate debita punēdos pree
 pitq capitulū vt visitatores ad monastaria visitāda ppter que
 rras accedere nō valētes committāt alijs vices suas. Nec quēto
 ad alia ordīs monastaria. aut alibi citare psumāt. nisi quēto
 ipi ex causa legitima hoc reqāt. *De abbatibus cedētibus trālati
 et pensionibus sibi datis.*

Translationes abbatū et abbtissarū in ordine nō fiant.
 nisi forte ppter aliquā eminentē necessitatē vel utili
 tatem. de dñi cisteri et quatuor pmoꝝ abbatū li
 cētia. aut saltē alteriq ipoz. cū ipso dño cisteri alit
 fuerit ordinatū. Qui vero alit psumpserit tā trāsferetes qz trās
 lati. ipso facto se eē depositos nouerit auctoritate ca. ge. Quoc
 ensāqz abbtē aliquē. ad aliā abbatia trāsferri. et monachū
 in alio monasterio pmoueri stigerit. omnia et singla bona q
 habuerit secū de abbtis et quēto licētia defferre. in scriptis tenebū
 tur redigere et scripta sigilli minime roborare. et abbtē a q
 recedit dimittere sigillatū. Quod si facere neglexerint. eo ipso

excoiōis sentēciā se nouerit incurrisse. **D**iffinitio ē alie edite
de pēssioib⁹ successis vel ccedēdis abb̄tib⁹ spōte cedētib⁹. bene
meritis addit⁹. q̄ si iterato ad albacie regimē eos stigerit pro
moueri et inde post modū spōte cedere huiusmodi pēssio post
cessionē nō expiret. s̄ eadē gaudere libertate liberi sunt. Abba
tes vero qui cesserit vel etiā abb̄tisse si suo abb̄ti. vel abb̄tisse i
obediētes repta fuerit. p̄ visitatore scām q̄ntitatē de meriti
pūniat⁹. Quod si sic correcti nō emēdauerit. scāt se p̄ ge. cā.
dū ad ei⁹ noticiā puenierit. p̄ subtractionē pensionē vel ali
as gram aiadnesione plectēdos et hoc idē cōtit⁹ p̄rib⁹ abba
tib⁹. et eozz commissariis exequēdū. ut si p̄ tres dies in obediē
tes p̄stiterit eo solo dictū capitulū eos discernit puatos per
oīa pēssionib⁹ et gracijs sibi factis. Abb̄tib⁹ aut spōte cedē
tib⁹. et bene meritis ccedi potit p̄ p̄ez abb̄tē. vel successorem
ut in mediate ubiqz resideāt post abb̄tes. **O**rdinat⁹ ut cum
alicui aliq̄ pēssio est ccessa sicā i quēcūqz aliū. vel alios q̄quo
m̄ trāsferre p̄supserit p̄uetur p̄petuo huiusmodi pēssione. Et
ad communitatē monasterij unde sup̄ta est reducat⁹. **D**e in
quiereo statū monasterioz. in creatione morte. vel trāsla
tione abb̄tū. et de taxatione p̄sonaz.

In noua creatione abb̄tū. p̄ez abb̄tes vel eozz co
missarij de statū domū diligent̄ inq̄rāt quot et
quātū debeāt seu habeāt ī mobilib⁹. et quot eis
debita debentur. p̄missa qz omīa sub sigillis su

is abbātibus cēatis et signēt eaqz oīa et singula ī papīro burzarie
 corā domo senioribus faciāt cū integritate describi. Itē quociens
 abbātē ordīs trāsseri contigerit pōr. Cellerarius. suppor. cū tribus vel
 quatuor de senioribus talis domo. de bonis monasterij localibus. pe
 cuniā vtēsilibus. et alijs quibuscūqz plenū et lucidū inuentariū
 studeāt facere. et futuro abbāti eidē ex integro designare. Qui
 cuiqz vero aliqd penes se quis modo retinere aut distrahere p
 sūpserit ipso facto excoīs sententiā senouerit incurrisse. Non ē
 tū intētionis quin officiales vacātis monasterij. de bonis et
 redditibus eiusdē. nō obstāte huiusmodi sentētia debeāt mo
 nasterijs necessaria facere. et put viderit vtilitē procurare. In mo
 nasterijs tā monachorum qz monialium. in quibus facta ē taxatio
 personarū. si p̄res abbates vel eorum coīssarij. p̄ abbātū vel abbātissa
 rū. ac quētū negligētia. personarū numerū in venerit minora
 tū. eos ad implēdū numerū p̄censurā ecclīasticā ordīs studeāt
 implere auctoritate cā. ge. si monasteriorū. viderit suppetē facul
 tates. *De officialibus instituendis et eorum iuramentis p̄stādis.*

Omnes et singulis abbātibus inuigilēt quōs officiales
 p̄serti maiores de ceto faciāt et ordinēt cū consilio
 seniorum monachorum suorum seruatis ī alijs regula
 ribus institutis. Ad abbates tū consiliū nullus p̄sumit
 accedere p̄ ipm abbātē p̄pū nō vocatū. nō obstāte consuetudine
 quā d̄ria q̄ reprobatur penitus et annullat. *Iuramentū monacho
 rū et nouicioꝝ q̄ fidelit̄ ministrabūt sibi commissā.*

Statuit^r vt monachi p abbtes ad consiliū vocandi
ad requisitiōē abbtis iurare teneant^r q̄ secretū consi
liū tenebūt. et illud nullaten⁹ reuelabūt. Officiāls
ordis cū instituit^r iurare tenent^r. q̄ nullū apponent
repugnatiōis obstaculū nullū. penitentiā de fessiois p̄sidiū qui
ad iussione abbtis dimittat officia absq̄ dictione quēcuq̄. ali
as nullaten⁹ valeāt pmoueri. Omēs quoq̄ nouicij ordis an
teq̄ ad p̄fessionē recipiāt^r iurare teneāt^r q̄ statutū huiusmo
di eis luculēt^r expositū obseruabūt. Abbtes aut qui officiales
instituerūt vel nouicios ad p̄fessionē receperūt nō p̄sisto ab eis
et eoz² quolibet huiusmodi iuramēto. tādū extra stallū ab
batis maneāt donec exegerūt iuramēta. vel officiales amoue
rūt nō iurātes. receptos aut absq̄ iuramēto nouicios ī basso 3
chozo teneāt donec p̄siterūt iuramētū. Et hec diffinitio cū
forma visitatiōis annis singlis in cā. recitet^r. Monachi vel q̄
uersi. cū mitūt^r ad messes vel reddit⁹ suscipiēdos. aut ad alia
q̄ vis dom⁹ negocia exercēda iurare solennit^r teneāt^r q̄ dom⁹
substātiā custodiēt et recuperabūt fidelit^r et alia in iuncta of
ficia. tā solite q̄z utilit^r parabūt. et iurare nolentes p abbtes
pposiremissibilit^r vltimi collocēt^r. ac panis et aq̄ penitētia
quādū in stumatiā vel in obediētia p̄seuerauerūt pcellant^r
Et nichillom⁹ die quolibet in cā. recipiāt disciplinā. Et si offi
ciales fuerūt deponātur. Abusus in quibusdā manasterijs obser
uat⁹. q̄ certi numeri consiliarij a conuētib⁹ eligāt^r quoz² consilio

abbtes fere

abbtes fere in oib9 regit. Inscriptis etiā ordinatioib9 et statutis
 que abbtes debeāt obseruare et nō discedere sentēcie eoz. sūm
 eoz. beñplacito. ab eisde exacto etiā de seruādo ad sc̄ta dei enā
 gelia inramēto repbat. et prohibetur talia attēptare. vela
 ttētata seruare s; iuxta abb̄tis arbitriū. et patrū abbatū si fue
 rit op9 osiliū monachoz negocia disponātur requisito tñ in
 quib9 fuerit req̄rēdū. Osilio suoz. ouentū sanioz. Et vero
 alit abbtes suos psūpserit choartare tanq̄s ospiratores poīa
 pumāt. Conuēt9 vero si seais voluerit. vnanimif abb̄tē suū
 spellere quis m̄. tādū subiacet ecclesiastico int̄dicto. q̄nsqz
 errore suū cognoscēs et desistēs ab ip̄o. mereat remissionē et gr̄
 tiā obtinere. Abbtes vero vt p̄dicta meli9 exq̄ntur extra mo
 nasteriū in quib9 grāgia seu loco otinuā vel longinqz morā
 facere nō psūmāt. *De electioib9 et q̄litate eligēdoz*



De electione abb̄tis cist̄ci q̄re in clemētīn. cā. iiii
 De electione alioz. abb̄tū ord̄is q̄re in carta cari
 tatis. c. iiii. et i libello. In vacātib9 monasterijs.
 ad noui pastoris substitutionē nullaten9 p̄ceda
 t̄ nisi p̄re abb̄te vel ei9 commissario req̄sito p̄mit9 et p̄sente. Lec
 tio alit celebrata irrita sit et inanis. et eligētes tā actiue q̄z
 passiue illa vice p̄uati sint. p̄uisione de p̄sona ydonea. mon̄
 terio viduato penes p̄rez abb̄tē vel ei9 coissariū remanētē et hec
 diffinitio extēdat ad ordinis moīales. Itē statuit q̄ quidocū
 qz electionem in nō ordine in discordia otigerit celeb

Nulle q̄ aduab⁹ ptib⁹ fuerit elect⁹. si p̄sona electa fuerit ydone
a. et electores ad eligendū habiles. p̄ p̄z abbtē vely eū an cōi
serit vices suas in p̄dictis **E**lectus modo p̄dicto absqz d̄dicti
one qualibet cōfirmet. **E**t q̄ electio n̄do debito nō p̄cedit a
bsqz mutuo cōsensu eligētū et electi **I**nhibet electionē quācū
qz cōfirmare donec electe p̄sone habeat cōsensu. et ad cōsenciē
dū electioi abbas ip̄m electū inducere teneat. **I**n electionib⁹
abbtū ord̄is n̄ri nulli p̄z abbtēs vel eoz commissarij eligētūz
impediāt libertatē. sub pena depositionis nec d̄formā ord̄is n̄ri.
asc̄tis p̄rib⁹ obseruatā in ip̄is electioib⁹ p̄sumāt p̄cedere s̄ to
talit̄ obseruare vniformit̄ studeāt cōstitutionē clemētine. in
qua multe int̄ sollemnitates n̄ro ordine de sp̄ali gr̄a veniūt.
Cōsuetudinē q̄ in aliqb⁹ monasterijs de vsitata cōsuetudine
q̄ om̄s sacerdotes in electione vocē habeāt sit penit⁹ reprobata.
Indulget abbtib⁹ quatuor p̄marz. abbatiaz. gr̄ose q̄ cū ali
quā vel aliquas p̄dictaz pastorib⁹ vel pastore vacare stigerit
si electores om̄es cōcordes fuerit liceat eis assumere. quēcūqz ab
batē in linea aliaz generationū p̄dictaz. etiā de linea cist̄ij.
diffinitione q̄libet sup̄ hoc īstrariū edita nō obstante nō t̄n
int̄dit q̄ p̄uisionis gr̄a ad hoc aliq̄ten⁹ se extēdat. **O**m̄ib⁹ ab
batib⁹ filias habentib⁹ nimis remotas p̄cipit vt abbtib⁹ disc̄
tis vicinis comitat vices suas vt in eisdē sit ab eis dist̄tib⁹. et re
motis si eisdē vacare stigerit cōfirmare valeāt seu etiā p̄uidere cle
mentina et statutis ord̄is obseruatis. **De ep̄is ab ordine assūp**

tis et quatuor primis abbatibus et de magistris in theologia.

Inhibetur omnibus abbatibus ordinis ne episcopos ab ordine assumptos in suis monasteriis recipiant nec monachos suos pro eos ordinari faciant. donec de ipsorum institutione canonica legitime extiterit per patentes litteras cum generali sigillo sigillatas. non obstantibus quibuscumque aliis recomendatoriis eisdem episcopis per quascumque personas ordinis. cuiuscumque status aut conditionis existant. nec talibus episcopis ab eisdem abbatibus. monachis aliisque ad commorandum aliquantulum succedatur. Illis autem quibus prebendis apostolice gratia seu electione concordie canonicorum aliarum vacantis ecclesie fuerit per visum vel pudentem in futurum de episcopatu officio non interdictum per constitutionem presentem in aliquo derogari. Quatuor primis abbatibus ordinis in suis monasteriis nulli superuenienti abbati cuiuscumque generationis sit cedere teneat. Abbates magistri in theologia post quatuor primos abbates de sanignacho et pruliacho sedeant ubicumque. Et magistri etiam non abbates benedictionem in monasteriis per quam transierit accipiant super gradum. Conceditur sacre theologie magistris ut possint abbate aliquo non vocato in monasteriis monialium visitationis exercere officium. Abbatibus magistris in theologia prohibetur. ne remaneant in studio post annum post quem adepti fuerint cathedram magistralem. Nec aliquis super hoc absque mandato curie liceat dispensare. *De sigillis et sigillatio*

Recipitur quod fiat sigillum *ne litterarum distinctio ix.* 34
 speciale per sigillando tamen in suffragia que succeduntur in curia generali. Diffinitiones vero capituli destra sigillo domini cisterciensis.

1121
cite poterūt sigillari. Et q̄ de extra sigillo fuerit sigillata faciant
plenā fidē. In oīb⁹ sigillis quētūū ymago bte marie imp̄mat.
Et sigilla ip̄a de Cupro fabricētur. Sigillū cōuent⁹ ab eisdem
p̄sonis custodiat⁹ a quib⁹ et modo simili. **B**enedict⁹ pp̄ i statu
tis suis pecuniā venditiōnū statuit custodiendā. Cū institut⁹
pp̄lib⁹ sit ḡtūū q̄ in tractatib⁹ p̄ abbtes et eoz. quētus faciēdis.
cū sigillis abb̄tū et suoz. quētūū littera auctētica apponat⁹. Et
nō nulli abbtes remotaz. regionū tabelliones valeant reperire.
p̄inde ordinat⁹ q̄ in tractatib⁹ p̄dictis. potunt abbtes vniuersi
ordis si voluerit p̄ litterā autētica vti sigillis cuiuslibet abb̄tis ordis
vniuersi cū sigillis abb̄tis videlicet et quēt⁹. nec alicui liceat.
Abbtes ad discutiēdū a cā. gr. petre quousqz tractatū sollemne
fecerit et sub nota autētica eidē cā p̄mit⁹ studuerit p̄sentare.
In noua creatione cuiuslibet abb̄tis sigillū p̄decessoz. vel p̄de
cessoris. in p̄sentia visitatoris noui abb̄tis et quēt⁹ frāgat⁹. Et
abbas de nouo creat⁹ sigillū i q̄ nomen suū appoi faciat de no
uo fabricari parat. Et hoc et alia de sigillis abb̄tū et quētūū et
eoz custodia ordinata. ad sigilla abbatissaz. et quētūū moī
aliū nri ordis extēdat⁹. **A**bb̄tisse autē ad tradendū ^{sigilla} suis quētib⁹
per p̄res abbtes appellat⁹ p̄depositionē vel alias si in hoc fuerint
rebelles. **A**bbtes q̄ litteras distributionū q̄ eis imponūt. vel p̄ q̄s
inf̄dū citātur. ad capitulū sigillare noluerit a superiorib⁹ viū
vix vel p̄ ip̄oz litteras requisiti gradū altaris ascendere nō p̄su
māt. q̄usqz litteras sigillauerit memoratas. **De expensis alba**

tum superfluis.

Datribus abbatibus et eorum commissariis precipit et committitur. quod omnes personas ordinis. In equorum. vasorum. argenti. lecti strenuorum. vestium. aliorumque ornamentorum varietates multimodas etiam in pompis irrationabilibus excedentes corrigant et puniant auctoritate. cap. lxxviii. *De distributionibus in positis et in ponendis que in libro diffinitionum. cap. vii.*

Quod ad distributionem fieri contigerit in ordine in futurum. abbates sumas sibi impositas receptoribus ordinandis in sequenti cap. lxxviii. apud cisterciensium solvere tenebuntur. nisi propter necessitates ordinis emergentes. Et ex certis causis. diffinitores capli alium solutionis terminum. et locum dixerint assignandum. Abbates vero statuto termino non soluentes eo ipso excois vinculo se ligatos agnoscat. Monachos vero. vel conversus. qui nec distributiones ordinis solvant. pro se vel palam clam vel palam impedire presumpserit. seu impedire parauerit quous modo. eadem excois sententia eo ipso denunciat irretitur. et tamquam conspirator pro omnia puniatur. Si vero abbates propter distributiones non solutas excois sententiam pro vii. menses sustinuerit. auctoritate induzato. ex nunc propter extunc deponatur. Non est tamen intentionis quod ab huiusmodi aliis abbas. reputetur deponitur quisque presuperiore vel eius commissarium deponitur fuerit denunciatur. Patribus autem abbatibus. et commissariis eorundem in virtute sancte obedientie precipit et committit. quod de non solutibus in quant in suis visitationibus diligenter inquirent veritatem. et quod

reperit nō soluisse excoīcatos denūciare studeāt. et depoītos
 sic est dictū et eorū otumata hoc req̄rat. Et ad huiusmodi
 plenius exequēda. tā p̄s ab̄tes q̄z coīssarij eorūde efficaciter
 facere teneant. Quod si facere scient omiserit. cū ad domos p̄
 prias reuersi fuerit. t̄b̄ dieb̄ ieiunēt in pane et aqua sine
 dispēsatione quacūqz alioquī suspēsi maneāt ad m̄n̄ do
 nec penitētiā pegerit memoratā. Quētoqz vero q̄ impedimē
 tū p̄stiterit. ne soluat̄ ot̄butiones ecclesiastico sup̄oat̄ inter
 dicto q̄usqz de p̄dictis gen̄ali cā. extiterit satisfactū. D̄no
 Cist̄ij et quatuor p̄mis cuilibet ī gen̄atione sua comittitur
 q̄t̄ q̄c̄s. et quādo eis videbitur expedire certos et discretos
 commissarios ordinēt ab̄tes. q̄ ad expēsas ab̄tū nō soluen
 tū totā p̄uincia ī singlis monasterijs ord̄is studeāt dili
 gēt̄ inq̄rere q̄ ab̄tes nō soluerit et quos reperit nō soluisse.
 denūciēt excoīcatos vel depoītos vt est dictū. D̄no Cist̄ et qua
 tuor p̄mis cuilibet in gen̄atione sua coītit̄ q̄t̄ in remotis p̄ti
 b̄ seu p̄uicijs ab̄tes deputēt p̄uidos et discretos. q̄ cōt̄buti
 ones īpositas. et in posterū in p̄nēdas recipiāt et ad despen
 sas ord̄is mitāt subsequēti. īmediate cā. ge. Quod si dicti de
 putati ab̄tes dictas cōt̄butiones recipe et mitte vt est dic
 tū fuerit negligētes excoīs sentētia se nouerit irretitos. Ab
 bates vero q̄ sūmas vel quotas sibi īpositas solvere neglexe
 rit t̄minus assignatis. penas nō soluētib̄ īpositas et in po
 nēdas eo ip̄o se nouerit incurrisse. P̄s ab̄tes ord̄is vniuer

si sumas distributionum et quantas per eos impositas. filijs suis rescribere tenentur superioribus suis in mediate et de hinc gradatim. usque ad primum superiorem generationum suarum. ut per relationem singulorum impositorum solutorum et non solutorum certitudo maior habeatur. et de hinc tenentur referre causa generalis. In quibus se in quantum sunt eorum subditi de non solutis distributionibus obligatis et referant seu rescribant causa generalis. In monasterijs in quibus abbates propter guerras vel alias rationabiles causas non possunt tute vel commode residere. portitores. bursarii. et cellerarii. et alij reddituum receptores si distributiones quantas suis monasterijs impositas et imponendas diuini constitutis. soluere neglexerint vel distulerint. eo ipso pro depositis habeantur. et inhabiles efficiantur de cetero nisi de causa generalis. licentia speciali. Ceteri autem officiales. vel monachi qui impedimentum presterint clauis vel palam penis et similibus inuoluantur. Quicumque pro abbas cuiuscumque preeminencie fuerit aliqua de distributionibus filijs suis abbatibus impositis receperit. vel recipiet in futurum nisi infra tempus tunc sequens causa generalis. de sic receptis satisfecerit. vel causa generalis. fidelem computationem reddiderit in sententia excois incidat ipso facto et nichilominus de premissis pro deposito habeatur. Romiales propter inopiam a solutione distributionum absolute maneant quousque per generale capitulum aliud fuerit ordinatum. **Quod pro extra**

monasterium aliud officium non teneat.



Statuit discretio inhibendo. ne aliquis pro fugiens officio aliud extra monasterium officium exequatur

xxxx
Infra vero monasterium cum portatu exceptis bursarii et portarii officijs potit si necesse fuerit alia officia exercere hac diffinitione. ge. ca. ad portas monialium vult extendi. **Conceditur portariis**. qui est vel qui pro tempore fuerit ut possit abbate aliquo non vocato in monasterijs monialium visitationis officium exercere. **De infirmario.**



Monachi et diversi ordinis nostri. in omnibus infirmariis sibi invicem seruiant. et persone seculares ab huiusmodi famulatu. quantum fuerit possibile excludant. Illi tamen qui propter incurabilem infirmitatem sunt ab alijs segregati. seruitores seculares possunt habere ubi abbati visum fuerit expedire. Seruire vero nolentes in pane et aqua pro inobedientia puniantur. **De colore vestium.**



Nulli nostri ordinis habitum quocumque nomine censeatur. deferre liceat alterius coloris quam albi vel bruni put in statutis prelibis continetur. In calciamentis et alijs circa se positis et ponendis a deo dispositis se habeant quod nil appareat quod possit offendere intuentes. Transgressores a suis superioribus moniti caritative. ut desistant. et nisi destiterint. elapso termino monitionis. sint inhabiles ad quecumque officia. donec peniteant a commissis. Et si fuerint obstinati. si fuerint monachi aut diversi de proprijs monasterijs expellantur. Si vero abbates in hoc excesserint pro pres abbatibus corrigantur. vel citentur ad capitulum generale. et hoc extendatur ad moniales ordinis universi.

De promissoribus studiorum et studentibus.

In ciuitate pragēsi metropoli regni bohemie. ordinetur
 et constituat^r studiū ordiis generale. ad quod mutāt qui
 voluerit. dū tñ seruet^r statutū dñi beñdicti pp̄e de
 studio parisiēsi. cui nō intēdit^r aliq̄ten⁹ derogari
 Et remaneat dictū studiū sub regimine abbōtis de aula regia cum
 plenitudine ordinarię potestates **De studio et studētib⁹ piēsiē.**

Ordinatio studij parisiēsi remaneat penes capitlū
 ge. et per dñz cistēij et p̄ quatuor p̄mos in ordine
 vicis sue. aut eoz commissarios visitabit^r successiue.
 Que visitatio fiat oī anno circa festū bñ iohānis b̄te
 Cellerarij studij sc̄ti bernardi. p̄ diffinitores eligetur. Eidem
 aut cellerario in hibetur. ne mutūū vltabursas scolariū facere
 audeat nisi de diffinitoris licētia sp̄ali. Statuit^r etiā q̄ omēs
 recepte studij p̄dicti tā de bursa. redditib⁹ ordiis et iardinis q̄
 etiā de elemosinis. et legatis ac obuētioib⁹ quib⁹ cūq^z. deueniāt
 ad manū dicti cellerarij dicti loci et p̄ ip̄m recipiāt. et expēdant^r
 put ad vtilitatē studij viderit expedire et de ip̄is sc̄dm ordina
 tionē dñi beñdicti pp̄e sup̄ hoc editā fidelē teneat^r reddere ratio
 nē. Bursam integrā teneant^r soluere scolares infra mēsem. a fes
 to sc̄ti Remigij vel ab aduentu sui oputādi. Qui vero in prin
 cipio aplis venerint soluāt dimidiā bursam. alioq̄n extūc solue
 re opellāt^r p̄ rata t̄p̄ris q̄ in studio remanserūt. Et extūc nichil
 eis de bonis coib⁹ ministret^r nec alicui de studio recedēti ante
 annū opletū fiat aliq̄ restitutio burse sue. nisi de sui excessus cau

sa legitima et necessaria fecerit plena fidei. **S**i quis ibidem dece-
sserit. aut renocatus fuerit. vel remissus abbas eiusdem si voluerit a-
lium mittat ad studium. cui ministretur de bonis civitatis. sicut et alijs
pro residuo dicte burse. **N**ec alicui tarde venienti aliquid de dicta
bursa defalquetur. **Q**ui vero minus quam bursam taxatam in bursa ve-
rit nichil eidem de comuni ministretur quod si scolares sine ibursati-
one post festum omnium sanctorum remanserit excois sententiam se noverit in-
currisse. et nichilominus sub eadem pena per magistrum puerorum et ba-
callarium expellatur. **E**adem excois sententiam ad residentes perisus oc-
casione predicta extendatur et tales per cellerarium sancti bernardi capi-
antur. et ad propria monasteria remittantur. ipsorum monasteriorum super-
tibus et
expensis in quibus pena debita puniantur. **M**agistri autem sacre theologi-
e non intelliguntur presentibus ordinacionibus alligari. **S**colaribus autem
quod se hora praedicta sine cene praesumpserint absentare. nichil de bonis
comibus administratur. nisi in ipso studio presentes fuerint ipsa hora.
Abbatibus ordinis precipitur quod de cetero tales scolares ad studium peris-
mitte studeant. qui sint conversationis honeste. ad studendum ferundi
et idonei ad documenta salutaris scientie capescenda. ut autem dic-
ti studentes metu pene. ad studendum ferventius animentur. **R**efrenentur
anoxijs et ad dissolutionibus arceantur. **S**tatuuntur quod emissi de studio
ob suae praevitatis demerita. in claustris teneantur in artissima di-
sciplina. nullum deinceps habituri officium absque dispensatione
capituli. **N**on astant et quatuor primis cuilibet in generatione sua
comittitur quibus abbatibus. quod scolares indisciplinatos ociosos miserit

vel de cetero mittet p̄sius ad studiū. possint ad eorū reuocationē
 expellere audita relaxatione visitatoris extra tales. Si vero alba
 tes p̄dicti sup hoc recepto mādato ad nō cist. vel alias ab aliquo
 quatuor p̄miorū. put ad quēlibet eorū ptinebit scolare suū in q̄ti
 nētū reuocare uenerit. vel reuocatū iterū remittere p̄sūpserit. me
 dietatē unius burse pro anno. solui p̄sius osueto mulctetur. ge
 cā. cist applicādo. In solencie dissolutiones. noue sollennitates
 a singlis natioib⁹ in seruijs comensatioib⁹. ludis choreis instris
 musicalib⁹. cū laruis. armis. seculariū habitū districtissime fieri
 phibetur in studio ante dicto et instra talia. oseruari a scolarib⁹
 studij ante dicti. Qui p̄missorū aliqd vel aliqua deinceps p̄sūpse
 rit attēptare. ad dicto studio expellatur nec eidē de coi bursa ali
 qd ministret. Monachi ad studia trāsmittēdi in monasteriorū
 suorū capitlis. iurare tenebūt. qd de cetero extra coia ordis institu
 ta p̄uilegia. libertates. et appbatas osuetudinīs. et statuta aliqs
 clam vel palā p̄se vel p̄ aliū. attēptare. impetrare. seu etiā in
 aliquo cōtra iure de cetero nō p̄sumāt. qd si iurare noluerit nō
 mittāt. Macallarij etiā in theologia in futurū p̄ ge. capitulum
 ad p̄secutionē sui magisterij dño cancellario parisi p̄sentādi
 añq̄ p̄sentēt iurare tenebūt sollēnit̄ req̄siti p̄ p̄uiforē in capitu
 lo sc̄ti bernardi p̄sente p̄uifore. ac oib⁹ scolarib⁹ q̄ p̄uifori sub pe
 na excois late sentēcie iuramētū huiusmodi exhibere tenētur.
 qd videlicet cū ad magisteriū puenerit extra instituta ordis p̄u
 legia. libertates aliqd in futurū. nō attenptabūt p̄se vel p̄ aliū

1500
vel alios. nec attemptare quicquam doloso quæsito colore percurabunt. pro
posse procurant. impetrando extra instituta ordinis privilegia et liberta
tes. nec eadem presumant vel etiam percurabunt. per se vel per alium. clam vel
palam infringere seu quolibet impugnare. Quod si sic iurare
noluerint. punietur gratijs in domibus proprijs sibi factis. neque spe
ret ab ordine gratiam aliquam. quousque predictum presiterit sacramentum
cum et hęc diffinitio se extendat. ad quicquam ordinis studia. et bacca
larijs presentandis in illis simpliciter. et sub pena eadem in capitulis
suoꝝ studioꝝ iurare tenebunt. puniores dictoꝝ studioꝝ cum
magistri vel bacalarij iuramentum emittent. provideant sibi de no
tarijs publicis. et idoneis testibus et de hijs percurat fieri publi
cum instrumentum. Quicquam litteras preces nostras apostolicas que non sunt
de ordine nostro. per promotioibus. ad magistratum. vel litteras quolibet
impetrauerit. vel impetratis uti presumet. Inhabiles sint omnino
ad illum gradum. que sic habere voluerit. admittendi nisi ex dispo
sitione capituli generalis. Quicquam per ordinem presentatum clam vel palam im
pedierit seu impediri percurauerit. ex nunc per extunc se vinculo
excois ligatum agnoscat et nichilominus si convictus fuerit. tamquam
invidus et ambiciosus puniatur a iudice. Nec dato quotali
casu ambicioso promotionis gratiam obtineat. non presumat cathedram
magistralē ascendere quousque presentatus ab ordine fuerit expeditus.
Quonia quibus plures scolares. monachi ordinati ad lecturam scri
pturarum et biblię. grauarēt propter monasteria. si remanerent in parisiensi
studio continue usque ad tempus eis assignatum ad legendum. Consultitur

abbatibus eorumdem. ut eosdem renocent ipsosque in alijs occupent. dum tamen
 illos ad studium remitte teneant per triennium a quo annus incipiat.
 in quo lecturam fuerit incepturi. Si uero scolares aliqui cursores sunt in
 studio qui non sunt ordinati permittitur quod quandoque placuerit abbatibus
 suis possint eos destudio renocare. Inhibetur sub pena excois se-
 tencie. ne quisquam abbas. vel monachus audiat vel legat iura canoni-
 ca in quibuscunque civitatibus sine castis. Abbas autem qui super hoc mona-
 cho licentiam dederit excois sententiam incurrat ipso facto. Abbatibus
 autem ordinis universi. inhibetur. ne in studijs sollentibus. quacunque deca-
 moram otinua vel longinquam facere audeant vel presumant. omnes autem
 licencie necesse in strarium abbatibus. ut omissis proprijs monasterijs vel
